

Pſal. XVII, 8. XXXVI, 8. LVII, 2. LXIII, 8. Syrus: *Do-*  
*minus* כַּיְמִינָה לְךָ כְּאֵימָה לְךָ נִטְלָה *obumbrat te manu*  
*ſua dextrā,* vel, per manum ſuam dextram. LXX.  
 κύελα & σκία πησ ἐπὶ χεῖρε δεξιάν σου. Vulgatus: *pro-*  
*teclio tua ſuper manum tuam dextram.*

יד על *juxta* vel *prope manum tuam dex-*  
*tram:*) i. e. Deus, qui umbram tibi præſidium-  
 que ſemper præſtat, non procul à te abeſt ad ali-  
 quot milliaria, ſtadia, aut paſſus, verum, inſtar  
 paraſtata fidelisſimi, *dextram tuam manum,* quā  
 tibi pugnandum nunc defendet ſemper, cun-  
 ctosque ictūs tibi pernicioſos excipiet, inſtar  
 Abiſai, qui gigante, Iſbibenoph Davidem pro-  
 ſternere cogitante, mox adfuit, hoſtemque hunc  
 interemit, 2. *Sam.* XXI, 16. 17. Sic Davidi quo-  
 que *ad dextram* & *ſiniſtram* erant omnes poten-  
 tes, cum fugeret ab Abſalomo, 2. *Sam.* XVI, 6.  
 Atque h. m. dicitur etiam *Pſalm.* XVI, 8. (nec non  
*Act.* II, 25.) Dominus מַיְמִינַי, ne movear. *Pſal.* CIX,  
 31. Dominus ſtat ad dextram egeni, ad ſalvandum  
 à judicantibus animam ejus. *Pſalm* CX, 5. Do-  
 minus ad dextram tuam, vulneravit in die iræ ſuæ  
 reges. *Jef.* LXIII, 12. incedere faciens ad dextram  
 Moſis brachium ſuum glorioſum: h. e. Moſi ſem-  
 per præſtò adfuit auxilium divinum. Non ita-  
 que ſcrupuloſè quærendum, cur *umbra ſupra*  
*dextram* pii (non ſuper ſiniſtram, vel ſupra caput  
 ejusdem) hic eſſe dicatur; videlicet non, quia  
 ſecundum nonnullos Itali aut Indi umbracula,  
 ſolent geſtare *manu dextrā;* ſed ſimpliciter ſen-  
 ſus eſt; *Dominus,* qui eſt *umbra* aut protector tu-  
 us, adſtat tibi proximus, & quidem *ad dextram,*  
 locò perquam honorificò: nam diſtincta ſunt  
 hæc invicem; *Deum eſſe piis umbraculum,* item,  
 Deum, qui talem ſemper præſtat deſenſionem,  
 piis *ad dextram* adſtare, eò ſcilicet modò, ſicut  
 è textibus modò citatis conſtare potuit. Hinc  
 Druſius *l. 1. obſ. c. 8.* ſententiam ait eſſe hanc: *Do-*  
*minus eſt umbra tua;* & *ad manum dextram tuam,*  
 addens: *ad dextram eſſe dicitur, qui alicui præſtò eſt,*  
*paratus ad eum juvandum, ſi opus ſit.* Vox על idem  
 ac, *juxta,* Belgæ: aen uwe rechte Hand / ut *Pſal.*  
 I, 3. XXIII, 2. LXXXI, 8. CIV, 12. CVI, 7. 32. Judai-  
 cè, i. e. inutiliter, Chaldæus hæc reddidit: *Dom-*  
*inus obumbrabit tibi מִזְוֵתָה מִן בְּגִלְךָ* propter ſchedam  
 illam, quæ affixa eſt ſuper latus dextræ tuæ in introitu tuò.  
 hæc leguntur in editione Veneta, non verò in  
 Buxtorſianâ, neque Anglicanâ. confer Selden.  
*l. 3. ſyn. p. 258.*

#### EXPLICATIO VERSUS VI.

יָמִים *interdium ſol non lædet te:*) pergit in me-  
 taphorâ *umbra.* vers. 5. inchoatâ, ita ut hodieque  
 pii idem à Deò nanciſcantur beneficium, quale  
 habuerunt Iſraëlitæ in deſertò, quibus opaca nu-  
 bes per diem adverſus *ſolis aſtum* ſævientem gra-  
 tum præbuit umbraculum, *noctè* verò illam lu-  
 cem ad verſandum in caſtris, obeundumque ne-  
 gotia neceſſariam. vide *Pſalm.* CV, 39. expandit  
 nubem מַלְאָכָה, & ignem, ut luceret per noctem.  
 item *Exod.* XIII, 21. 22. XIV, 24. XL, 38. *Num.* IX, 15.  
 X, 11. ſeq. XIV, 14. *Deut.* I, 33. *Neb.* IX, 12. 19. *Pſalm.*  
 LXXVIII, 14. *Jef.* IV, 5.

שֶׁשֶׁשׁ *ſol:*) h. e. adverſitas, atratum te faciens,  
 aut æſtu ſuò vehementiùs te arefaciens, excrucia-  
 ans, proſternens. Notum namque, *ſolem,* ſi mo-  
 dicè luceat ac calefaciat, exhilarare ac prodeſſe, ſi  
 immodicè, torrere atque arefacere: atque h. m.

ad nigredinem, ſole vel perfecutionum crucis,  
 que æſtu inductam, reſpectus habetur *Job.* XXX,  
 28. *Cant.* I, 6. ſic ſemen & herba ſolis æſtu torrefit,  
*Jac.* I, 11. *Matth.* XIII, 6. Refer huc Jonæ querelam,  
*Jon.* IV, 8, filiumque Sunamitidis, ſolaribus ra-  
 diis quodammodò interfectum, 2. *Reg.* IV, 18. ſeq.  
 Intelligit hoc porrò *Lyranus* de influentiis aſtro-  
 rum, à quibus pio nihil metuendum: quod  
 quantumvis verum, à Davide tamen vix videtur  
 intentum.

יַכְכָּה *percutiet te:*) h. e. moleſtiam pericu-  
 lumyè creabit. Verbum יַכְכָּה *percuffit,* læſionem  
 omnis generis deſignare ſolet, *Gen.* VIII, 21. *Exod.*  
 XXI, 18. *Num.* XIV, 12. XXXV, 16. *Deut.* VIII, 22. 27. 1.  
*Sam.* XVII, 49. XXVI, 8. 2. *Sam.* III, 27. 1. *Reg.* XXII 34.  
*Amos.* IV, 9. adeoque & eam, quæ à ſolis fit radiis,  
 ut *Jon.* IV, 8. יַכְכָּה & *percuffit ſol* וְשָׂרַף עַל-צִיפֵי יוֹנָתָן.  
 confer *Pſal.* CII, 5. יַכְכָּה quasi herba & exa-  
 ruit cor meum: & *Jef.* XLIX, 10. non eſurient, ne-  
 que ſitient, neque יַכְכָּה *lædet eos* æſtus aut ſol:  
 (quod repetitur *Apoc.* VII, 16.) Euthymius & Ni-  
 cephorus non incommodè generali expreſſerunt  
 verbo βλάπτειν. *Vulgatus:* non turet te. hinc ejus-  
 dem macerantur Interpretes, in membrò alterò,  
 quomodo *Luna urat?* vide ſis *Eſtii* ann. h. l. & *Ge-*  
*nebrardum,* item *Buxtorſium* anticr. p. 653. ſeq. ubi  
 Capellum refellit, ſingentem LXX. legiſſe יַכְכָּה,  
 nec non *Druf.* l. 7. *obſ. c. 9.* Belgæ: ſtefen. Mogun-  
 tina: brennen.

וְלִיְלָא *luna:*) ſcilicet non lædet te noctū, fri-  
 gore puta aut humectatione nimiâ, quippe in  
 humanò corpore concitare ſolet humores, non  
 ſine valetudinis diſpendiò, ſi ſub cœlò apertò lu-  
 næque radiis fit commorandum aut dormien-  
 dum, id quod inter cœtera cognoſci etiam poteſt  
 ex incrementò ac decremento morbi comitialis  
 aut inſaniæ; unde etiam *Lunaticorum* appellatio,  
 confer *Mey,* p. 2. *phyſ. m. p. 256.* Huc illud *Jacobi*  
*Gen.* XXXI, 40. ita fui, ut abſumeret me æſtus in-  
 terdiu, & gelu noctu. ita *Campenſis;* neque (læ-  
 datte) luna frigore ſuò noctu. Verbum יַכְכָּה per  
 Zeugma hic repetendum. Mentione autem *ſo-*  
*lis & Lune* comprehendendi debuit tempus univer-  
 ſum q. d. adeò providus erga pios ſuos eſt Deus,  
 ut nullum fingi queat tempus, nullumve in tem-  
 pore periculum aut malum, adverſus quod para-  
 tum non ſit apud Deum auxilium, non nocebit  
 quicquam ſive *interdiu,* ſive *noctū,* ſive *palàm,* ſive  
*clam* inſeſtans. nulla erit adverſitas, ſi nulla do-  
 minabitur iniquitas, *Gregorius Magnus;* nec in pro-  
 ſperis, nec in adverſus de tuò moveberis gradu;  
 ita *Hieronymus;* omnia piis ad bonum, *Rom.* VIII,  
 28. vide *Druf.* *Prov. cl. 2. l. 2. n. 22.* Non tamen  
 hæc citra exceptionem crucis dici, colligi poteſt  
 ex *Jacobi* exemplò, cui cuſtodia divina promiſſâ,  
*Gen.* XXVIII, 15. neque tamen immunis ille fuit  
 ab æſtu & c. *c. XXXI. 40.*

#### EXPLICATIO VERSUS VII.

יִשְׁמְרֶךָ *cuſtodiet te:*) optativè duos hoſce  
 verſus ultimos nonnulli accipiunt: ut *Lutherus,*  
 indicativè tamen *Belgæ & Moguntina.*

מִכָּל-הָעָר *ab omni malo:*) propriis verbis ex-  
 ponitur, quod dictum modò fuit figuratis; &  
 quidem ita, ut non indefinitè aut particulariter  
*malorum* aliquorum fiat mentio, ſed univerſaliter  
*omnium,* quæ ſcilicet piis verè mala vel noxia eſſe  
 poſſent, ſecundum *Aben Eſram,* quæ imminent  
 ſive